Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Prozessionale - Cod. St. Peter perg. 22 a

Salem (?), [1. Hälfte des 14. Jh.-18. Jh.]

Suffragium Feria sexta in Honorem Dominice passionis

urn:nbn:de:bsz:31-27714

Visual Library

Feria sexta in Honorem Dnicæ passionis.

Tenebræ factæ sunt dum crucifixissent Jesum Judæi et circa horam nonam exclamavit Jesus voce magna; Deus meus, Deus meus, ut quid me dereliquisti? Et inclinato capite emisit spiritum.

Pater noster. Ave Maria.

Tunc unus ex militibus lancea latus eius aperuit, et continuo exivit sanguis et aqua. Cum ergo Jesus accepisset acetum dixit consummatum est. Et inclinato ./.

V. Proprio filio suo non pepercit Deus?
R. Sed pro nobis oibq tradidit illum.

Omnipotens sempiterne Deus qui humano

generi ad imitandum humilitatis exemplum, sal,
uatorem nostrum carnem sumere, et crucem subire
fecisti; concede propitius! ut et patientia ipsius
habere documenta; et resurrectionis consortia
mereamur;.

Domine Jesu Chre fili Dei uiui qui hora diei no,
na expansis in cruce manibus, et inclinato ca,
pite Deo Patri spiritum reddidisti; et in dul,
cissimi lateris tui apertione in pretium nostra
redemptionis tuum sanguinem fudisti: da nobis
indignis famulis tuis, ut in hora mortis nostra
animas nostras, ad te, qui uerus es paradisus
facias misericorditer peruenire; Qui uiuis
et regnas cum Deo Patre in unitate Spiritus
sancti Deus: per omnia secula seculorum;
℟ Amen.